Haller (Bibl. Anat. I. p. 192.):

„Hujus rarissimi libri quatuor tantum plena exempla ajunt reperiri."

Das ist zu viel gesagt, allein ungemein selten ist es, z. B. in Paris fehlt er. Daher der ungeheure Preis.

Dieses Buch habe ich im November 1824 durch Ludwig Frank's und Bremsers Gefälligkeit in Parma (wahrscheinlich von Fattoris Wittwe) für vierundzwanzig Dukaten (= achtundsiebenzig Thaler preuß. C.) erstanden.

In Deutschland ist außer dem gegenwärtigen noch ein Exemplar in der K. Bibl. in Dresden und eins in der k. k. Bibliothek in Wien.

Haller besaß ein Exemplar, das Lord Bute für ihn in Italien für 30 Ducaten gekauft hatte.

In Italien sind noch ein paar Exemplare. Eins in Rom, eins in Ferrara, eins in Parma, eins in Pavia.

vergl. Choulant Geschichte der anatomischen Abbildung
S. 34.

Insunt:
Foll. 20.
Picturae 27 (auct. Hieronymo Carpi s. Grassi
vid. Füsslini lexicon d. Künstler
v. Carpi).

1

MVSCVLORVM HVMANI CORPORIS PICTVRATA DISSECTIO PER IOANNEM BAPTISTAM CANANVM FERRARIENSEM MEDICVM, IN BARTHOLOMEI NIGRISOLI FERRARIENSIS PATRITII GRATIAM, NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITA.

BARTHOLOMEO NIGRISOLO FERRARIEN. PATRITIO IOANNES BAPTISTA CANANUS FERRARIENSIS MEDICUS . S . D .

GAlenus Pergamenus Medicorum omniũ post Hippocratem facile princeps, inter alia singulari, ac rara eruditione referta commentaria. quę in amicorum gratiam & medentium vsum composuit, ἀνατομικὰς quoq; ἐγχειρήσεις idest dissectorias administrationes, primum quidem duobus voluminibus comprӕhensas, Vt Flauio Boetho Romanorũ consuli viro anatomicӕ speculationis maxime cupido morẽgereret, conscripsit, Secũdo autẽ, post Boethi obitum, alias (quӕ aliqua ex parte extant) longe illis vberiores, amicorum precibus compulsus, exarauit. In quibus modum, ac ordinem dissecandarum Simiӕ partium, vtpotè animalis homini quàm simillimi, plenissime docuit. Cum itaq; & tu Bartholomee Nigrisole, Nobilissime pariter, & doctissime, non minus anatomicӕ speculationis desiderio nunc ardeas, quàm Flauius ille Boethus vir consularis olim arserit, Et nobis humana corpora dissecãtibus sӕpe affueris, quantӕq; necessitatis ac vtilitatis in re medica (prӕsertim quӕ manu medetur) sit anatomes peritia, non solum ex Galeni testimonio, verũ & oculis ipsis perspexeris,

videaſq; noſtræ tempeſtatis chirurgos, maiori ex parte, diſ-
ſectionum imperitos, ac propterea exitio hominibus plerum
q; potius, quàm ſaluti eſſe conſpicias, ſępiſſime nos hortari
nõ deſtitiſti, vt humani corporis partes, noſtra opera, picturis
expreſſas in lucem ederemus. Sic enìm fieri poſſe arbitraba-
ris, vt qui rem medicam profitentur & ex diſſectionũ ocu-
lata inſpectione corporum partes agnoſcere nõ poſſunt, ſi ex
pictura ſaltèm aliquam illarũ cognitionem haberent, tùtius
humanæ ſaluti conſulere valerent. Cui tàm crebræ támq;
ſaluberimæ exhortationi tuę diùtius repugnare, ac obſiſtere
non potuimus, tanta enìm eſt humanitas tua, tantaq; tuorũ
ergà me meritorũ magnitudo, vt me quippiã tibi negare pia-
culum putem. Varię igitùr cùm ſint hominum partes, nullę
tamen ſunt, quæ màgis rerum extrinſecarum appulſu ledan-
tur iis, quæ muſculi dicũtur, Muſculi enìm vulnerantia,
pungentia, tũdentia vè, primi excipiunt, eam ob rem hos ip-
ſos eleganti pictura, per Hieronymum Carpenſem, picto-
rem noſtro æuo non minus diligentem, quàm inſignem, deli-
neatos, in tui gratiam, & hominum ſalutem, edere decreui-
mus. Prodeunt itaq; tuis auſpitiis, & in lucem exeunt, vir
ornatiſſime, humanorum artuum muſculi, quos, quanta va-
luimus diligẽtia, Antonio Mario Canano Ferrarienſi Me-
dico, mihi arctiſſima conſanguinitate coniuncto monſtrante,
diſſecuimus, & Typis excudi curauimus, eoſq; nunc tui
nominis immortalitati dicamus, opus autèm hoc noſtrum lec-
turos oratos velim, nè ipſum priùs damnẽt, quám cùm re ip-

ſa, ſæpè inſpiciendo, id contulerint. Sic enìm arbitror ip-
ſos, conatus noſtros boni pòtius conſulturos, quàm in eos ge-
nuinum inique fracturos.

Vale.

CANDIDO LECTORI.

QVum corpora & viua, & mortua ſecari poſſint,
vtrunq; ſecandi modū ex antiquioribus aliqui (cel-
ſo referente) vituperarunt, Primum, veluti crude-
lem & medico, humanę ſalutis præſidi, non conuenientem,
viuorum quippe hominum aluum, atq; precordia incidere, la-
trocinantis potius medici eſſe putabant, quàm qualia ſint ho-
minis interiora diſcere cupientis, cum præſertim ex his, quę
tanta violentia querantur, alia non poſſint omnino cognoſci,
alia poſſint etiam sine ſcelere, Nam color, mollities, duri-
ties, leuitas, aſperitas, talia non ſunt inciſo corpore, qualia
integro fuere, quoniam ſi corpora inuiolata, metu, dolore, in-
edia, cruditate, laſſitudine, milleq; aliis affectibus quibus ob-
noxia ſunt mutantur, multo magis interiora, quibus maior
mollities, & lux ipſa noua exiſtit, ſub grauiſſimis vulneri-
bus & ipſa trucidatione mutantur, ſtultumq; videtur, quale
quidque viuo homini eſt, tale morienti, imo iam mortuo, eſſe
exiſtimare, ſi quid tamen ſit, quod ſpirante adhuc homine,
aſpectui ſubiiciatur, id caſus ſæpe curantibus offert contin-
git enim interdum hominem ſic vulnerari, vt interior aliqua
pars nudetur, & in alio alia, vnde ſedem, ordinem, figurā,
magnitudinem, ſimiliaq; alia prudens medicus per miſericor-
diam ſanitatem moliendo, quæ alii per cędem dira crudeli-
tate, cognoſcit. Ob hoc ne alterum quidem ſectionis modū,
mortuorum ſcilicèt lacerationem, neceſſarium eſſe dicebant,

qui & ſi non crudelis, fœdus tamen exiſtit, cum aliter plæ-
raque in mortuis ſe habeant, & quæ in viuis cognoſci poſ-
ſunt, ipſa curatio abunde demonſtret. Cœterum hæc ipſa,
corporum anatomen non verè oppuguantia illius vtilitatem
ac neceſſitatē agnoſcentes facile confutabunt, duplex enim
cum ſit corporum diſſectio, viuorum ſcilicèt, & mortuorum
ex prima (si recte adminiſtretur) internarum aliquot partiū
(& ſi non omnium) actionem ad earum curationes cognitu
neceſſariam, agnoſcemus, non quidem viuos homines ſecā-
do (quod crudelis, & carnificis potius hominis, quám medi-
ci eſſe videtur) ſed bruta magis animantia, quæ quàm plu-
rimis ex partibus, atq; earum functionibus homini quám ſi-
millima ſunt, vt in renibus, vreteris, veſica, vtero, inteſti-
nis, lactibus, omēto, liene, ventriculo, hepate, tranſuerſo ſepto,
gulla, pulmonibus, corde, & ſimilibus aliis, ex altera verò
mortuorum diſſectione, partium figuram, numerum, ſitum,
colligationem, & actionem quandoq; (vt muſculis ad origi-
nē tractis) res ad medēdi peritiam maximé neceſſarias diſce-
re licet, Nec hoc fœdum eſt, imo pulchrum, valdeq; conue-
niens, ſi laborantium partium curationem, & agnitionē, ad
quam caſus ſufficere nullatenus poteſt, nobis ipſis prę ocu-
lis poſuerimus, rara enim vulnera ſunt, per quę interiora ita
aperiantur vt eorum figuram, poſitum, ſocietatemq;, adamuſ-
ſim cognoſcere valeas, & si caſu aliquibus partibus id eue-
niat, non omnibus tamèn vnq̃ euenerit, Verum in mortuo-
rum diſſectione omnes hominis partes breui tempore cognoſ-


cimus, quas per casum homini, quantum vis laborioso, & prudenti, etiam si nestoreos annos viueret, cognoscere nõ daretur. Cum igitur, & in viuorum animantiũ, defunctorũq; hominum dissectione, quantum nobis per adolescentiam nostram licuit, diligenter admodum versati fuerimus, multaq; ab antiquis iam pridem litterarum monumentis tradita oculis ipsis perspexerimus, nonulla etiam nostra opera adinuenerimus, à cõmuni medentium vsu non aliena, dignum duximus horũ aliqua medicinæ sectatoribus impartiri, Hincq; effectum est, vt Primum hunc musculorum dissectionis librũ crebris Bartholomei Nigrisoli Ferrarien. Patritii efflagitationibus impulsi ediderimus, Reliquos sub calchographi prælo iam positos mox edituri. Hunc itaq; benigno animo accipias velim candide lector, tua enim benignitas perinde ac calcar quoddam erit, quod me ad maiora assidue impellat, Tu interim vale, deosq; nobis, tantis in laboribus propitios precare, Instituti vero nostri ita nascatur exordium.

IONNIS BAPTISTAE CANANI FERRARIENSIS MEDICI HVMANORVM MVSCVLORVM PICTVRATAE DISSECTIONIS.

LIBER PRIMVS.

IN hoc primo libro Galenum sequentes Manus musculos ponemus, nomine autem manus (Hippocratis & Galeni more) vulgo dictum brachiũ intelligimus, quod in tres primarias partes diuiditur, extremam scilicet manũ (quæ absoluto nomine, manus dici solet) cubitum, & βραχίονα a Græcis appellatum, extrema manus tres habet partes, digitos videlicet, brachiale quod Græce καρπὸς nominatur, & inter hec medium, Græci μετακάρπιον nuncupãt, nos postbrachiale dicimus. Brachiũ siue malis Græce dicere βραχίων vnico osse constat, quod Celsus humerũ appellauit, Cubitus vero (quem brachium nominat) duobus, quorum vnus Græce κερκὶς latine radius dicitur, alter autẽ a Græcis quidem πῆχυς a Celso vero cubitus nominatur, At in extrema manu septem & viginti ossa existunt, octo scilicet brachialis, quatuor postbrachialis, & quindecim di-

gitorum, quę omnia nouisse oportet ad exactam musculorū in hoc primo libro depictorum cognitionem, hec pauca pręfati ad propositum accedamus.



Hac in pictura hi nudantur musculi videlicet.

A. MVSCVLVS Flectens brachiale ad minimum digitum.


B. MVSCVLVS Volæ.

C. MVSCVLVS Tendonum scissorum, sub quo est musculus habens tendines non fissos ambo digitos flectunt.

D. MVSCVLVS Flectens brachiale propè magnū digitum.

E. MVSCVLVS Manum pronam faciens.

F. MVSCVLVS. Manum supinam redens.



MVSCVLVS


Volæ manus qui secundum antiquos (vt ait Galenus secundo de vsu partiū & primo de Anatomicis aggressionibus, flectit & ipse quinq; digitos secundum ipsum autem factus est, ad firmandam cutim manus internam, melioris apprehensionis gratia, ad prohibendūq; ortum pilorum, causa exquisitioris sensus. Ratio vero Galeni primo de Anatomicis aggressionibus contra antiquos est. Oportet inquit secundum antiquos tendinem musculi mouentis aliquē articulum inseri ossi illius. Ast tendo mus

culi volæ non inseritur ossibus digitorum, igitur non potest secundum eorum placita digitos mouere. Ratio autem hæc licet contra antiquos sit valida, simpliciter tamē videtur invalida, Posset enim quispiam dicere, non esse necessarium semper tendinem musculi mouentis articulum inseri, siue cōiugi ossi articuli, sed sat fore si iungatur alicui cōiuncto ossi, pro vt tendo huius musculi coniungitur ligamento, quod iūctum est ossibus digitorum. Oritur hic musculus ab interno brachii nodo, mediusq; procedens inter musculos carpū flectētes, suo tendine supereminet ligamento interno, quod iungit cubitum radio, postea dilatatur illius tendo in trianguli figura, cuius acumen est prope ligamentum dictum, basis autem in principio postbrachialis, quæ per quinq; veluti tendines inseritur ligamento, comprehēdenti aliorū digitos flectentium musculorum tendines, Bifariam hunc tendinem licet secare cum cute videlicet, & sine cute.




MVSCVLVS

Flectēs brachiale, qui oritur ab interiore nodo brachii, cubito adherens, inserit̃ ossi recto, mēbraneoq; quod è regione minimi digiti, & secūdum cubiti processū existit, quē Grçci anatomici modo γραφοειδῆ modo στυλοειδῆ nominabant.




MVS^C^VLVS

Flectēs brachiale propè magnum digitum, Oritur ab interiore nodo brachii obliqua usq; aliquantisper supra cubitum tendens, radio protensus, inseritur per tendinem ossi postbrachialis ante indicem, licèt primo aspectu videatur inseri ossi brachialis propè magnum digitum.




MVSCVLVS Desinens in tendines fissos flectens secundum articulum digitorum, preter articulum magni digiti qui non accipit tendinem ab hoc musculo, oritur ab interiore nodo brachii aliqualiter cubitum attingendo, inseriturq; tẽdinibus secundo internodio quatuor digitorum, contineturq; sub ligamento radium, & cubitũ interna in parte constringente.




MVSCVLVS flectens, secundũ Galenum, primũ & tertium articulum quatuor digitorũ, magni autẽ digiti tantũ secundum & tertium internodiũ flectit, Oritur à partibus cubiti iuxta gibberum, & per profundiora mediam radii cubitiq; regionẽ vniuersam cõplexus vtriq; ossi cohẹret, ac in tres veluti partes delineatus est, quarũ vna minimum digitũ respicit, altera indicẽ, tertia medios digitos, Cõtinẽtur huius musculi tendines sub ligamento stringente radium, & cubitũ intrinsecus, per mediasq; scissiones tẽdinũ flec-

tentium ſecundum internodium quatuor digitorum ad eorum extremitatem feruntur, & vna cum tendinibus præcedentis, ſub eodem ligamento á principio digitorum, vſq; ad finem protenſi ſunt, per quod ligamentum vult Galenus hunc muſculum flectere primum internodium digitorum quatuor, verum non maior videtur ratio de illo, quam de hoc ipſo, cum ipſius tendines ſub eodem ligamento compræhenſi ſint.




MVSCVLI, *pronam facientes manũ, quorum alter oritur ex elatioribus partibus nodi interioris brachii, obliquusq; ſupra cubitum latus inſeritur radio intrinſcecus ad medias ipſius vſq; partes extenſus.* Reliquus *vero ex inferiore parte cubiti iuxtà brachiale exortus obliquus inſeritur oſſi radii, habent terminum carnoſum & támen oſſa mouent, licèt* Galenus Primo *de motu muſculorum ſcribat,* Muſculos *mouentes oſſa in tendines omnino maiores vel minores terminare.* De *propoſitis aũt in ſecũdo de vſu partiũ oppoſitum aſſerit.*




In hac pictura hi ap-
parēt musculi vide
licet.
A. Musculus ex inte
rioribus vnus, qnq; tē
dines nō fissos ꝑ ducēs
B. Musculus supinā
manum reddens.
C. Musculus brachi
ale ad minimum di-
gitum reflectens.
D. Musculus mini-
mū digitū extendens,
ac in latus ducens.
E. Musculus digitos
tres extendens.
F. Musculus indicē
in latus ducens.
G. Musculus bifidus
magnū digitū ab aliis
abducendo extēdens.
H. Musculus duplici
tendine carpū euertens
I. Musculus supinam
manum faciens.




Musculus q secudum
Galenum quatuor ha
bet tēdines ad quatu
or digitos pręter ma-
gnū tēdētes, re autem
ipsa tantū tres habere
videtur ad tres digi-
tos īter magnū & mi
nimū porrectos, ex qui
bus duo duplices ap-
parēt, tēdo scilicet in
dicis, & tēdo ānularis
q duas habet propagi
nes, quarū vna cōiun
gitur tēdini ad medi-
um digitū tēdēti, alte
ra vero ei q ad mini
mū digitū procedit, et
á ꝓprio musculo origī
nē ducit Cōtinet hic
musculus sub ligamē
to extrinsecus strin-
gēte radium & cubi
tum, ortūq; habet ab
exteriore nodo brachii
et supra radiū ꝓtēdit




MVSCVLVS, oriens á nodo exteriore brachii cubito, radioq; per longitudinē hærens, & ſub proprio ligamento in fine cubiti aſtrictus, ſuo tendine oſſi poſtbrachialis ante minimū digitum inſertus, brachiale ad minimum digitum extendit.




MVSCVLVS ex nodo exteriore brachii oriens, radium & cubitum per longitudinem attingens, in fine cubiti proprio ligamento cōtentus in duos tendines ſcinditur ad minimum digitum tendentes, ipſumq; in latus, vel in inferiorem partem ab aliis digitis extendēdo abducit.




MVSCVLVS oriens ex cubito eiq; adhęrens sub cõmuni ligamento stringente radium & cubitũ cõtentus, vnicum tendinem ad indicem producens, non duos ad indicem & medium, vt vult Galenus, ducit indicem in latus.



MVSCVLVS, Oriens ex cubito supra eius medium, radium attingit, sub proprioq; ligamento in fine radii astrictus, vnicum tendinem producit, per totum magnũ digitum protensum, et in latus ipsum ducit secundum Galenum.



MVSCVLVS ex membrana diuidēte interiores musculos ab exterioribus, cubitoq; exortus, radium ascendit, sub proprioq; ligamēto, in fine radii (vbi insculptus est radius) continetur, duos tendines producit, quorū vnus inseritur extremitati primi ossis magni digiti nō procedens ad vltimam eius aciem, vt voluit Galenus, alter vero inseritur ossi brachialis antè magnum digitū. Potest hic musculus pro duobus haberi, ait Galenus, per alterū enim tendinem brachiale ad magnum digitū extēdit, ꝑ reliquū verò abducit magnum digitum ab aliis ipsum aliqualiter extendendo.




MVSCVLVS, exoriens à nodo exterior̄ brachii supra radium protensus, proprio ligamēto in fine radii astrictus, bifido tendine ossibus postbrachialis antè indicem, & medium digitos insertus totum brachiale euertit.



MVSCVLVS
oriens ex ligamento
mẽbraneo articuli cu
bitum aliquatenus at
tingẽs, radiò qua emi
net per extremum ner
uoſius inſertatur, ſupi
nam facit manum.




MVSCVLVS
Supinam manum red
dens ex brachio pro=
ſé medium exoriens,
ſupra radium proten=
ſus illi ſuo fine ad
vſq; brachiale inſerit̃



A. Musculi quatuor exiles, orientes ex mēbranis circundantibus tendines non fissos, digitorū latera subeunt, in dextra quidē (manu existente prona) versus sinistram in sinistra aūt versus dextram, habent mouere digitos in latus, q quidē sunt in dextra versus sinistram, & qui in sinistra versus dextram.


B. Musculus, oriens ex osse cui annectitur tendo musculi brachiale ad minimum digitum flectentis, inseritur minimo digito inferiore in parte, & ipsum ab aliis digitis abducit.




C. Musculus, oriens à primo osse brachialis ppè magnū digitū cui inseritur, habet secundū Galenū abducere eū ab aliis. At videtur factus ad trahēdum potius magnū digitū versus minimū.

D. Musculus suo capite ossi postbrachialis ante mediū digitū affixus, obliq̄s fibris inserit primo ossi magni digiti, habet adducere magnū digitū ad indicē interius inclinādo.


E. musculus, siue musculi q siti sunt, supra musculū abducētē minimū digitū ab aliis, in parte interiore manus extreme, obliquis fibris cuti herent, & suis tēdinibus tendini vole iunguntur, horum musculorū nō meminit Galenus, qui ad tēdinis vole dilationem facti videntur.



MVSCVLVS de quo Galenus non meminit, qui in parte exteriore manus post brachiali antè indicẽ affixus, obliquis fibris ossi primo magni digiti insertus, eum ad indicem adducit, extè rius inclinando, simul autem cum secundo præcedentium rectam adductionem facit.



Octo musculi exiles corpus vnũ carnosum efficientes, ex coarticulatione brachialis, cũ postbrachiali exorti, binatim priori dearticulationi digitorum, exinterioribus partibus inserti, lateraliũ partium aliquid accipientes, simul rectam flexionem primi articuli faciunt, seorsum verò flectunt, in latus parũ quid inclinãdo.



Hac in pictura hi nudantur musculi videlicet.

A. Musculi vlnam extendentes.

B. Musculi vlnã flectentes.

C. Caput musculi supinã manũ reddẽtis.


D. Musculus ceruicis quem aliqui δελτοειδῆ appellarũt quoniã Δ grecę litteræ figuram imitatur.




MVSCVLVS iuxta venã humeralẽ citrà confectionẽ comspicuus, duo habet capita, vnum per patulã brachii rimam ad scapularum ceruicis eminentiã procedens, alterum ad processum ἀγκυροειδῆ vel κορακοειδῆ dictũ, hec capita in idem venientia hunc musculũ generãt, qui neruosã exilitatẽ faciẽs, validũ tẽdinẽ procreat, quo radio inseritur, & membranosi ligaminis articuli aliqd accipiẽs totũ articulũ attollit, paulatim ad interiora inclinando, cum musculo autem ei subiecto rectam flexionem operatur.




MVSCVLVS ex duobus carnosis principiis brachio circundatus, vno in posteriori parte altiore, altero in anteriori humiliore, quæ ~~capita~~ in idem coeuntia musculum hunc generant, q̃ in nerueam desinens tenuitatē, in cubiti os insertam, flectit articulum in exteriora paulatim inclinando, cū supposito autem musculo rectam flexionē facit.



MVSCVLVS ab humili latere scapularū ex dimidio ferè superioris eius partis ortus, iungitur alteri musculo, capiti brachii subdito, ambo per tendinem latum cubiti gibbero īserūtur, qui tendo duplex apparet sequēdo fibras, exteriorēq; partē ab hoc musculo accipit, interiorem autem ab altero, & si disiunctū vnum ab reliquo attrahas, totā vt Galenus inquit, manū extēdes, hoc discrimine intercedente, quod hic in exteriora, alter in interiora aliqualiter deflectendo extendit.



MVSCVLVS oriens ſub capite brachii, qui iungitur muſculo pręcedēti, et alteri muſculo ei ſubdito, adeo vt ipſius particula ab anatomicis putetur, poſſunt tamen pro fibrarum rectitudine ſeperari, habet (vt ait Galenus) extēdere manum totam intro obliquè deflectēdo



MVSCVLVS qui pars præcedentis ab Anatomicis putatur, perpetuò carnoſus, poſterioribus partibus gibberi inſerit, rectam articuli extenſionem facit.

LIBRI PRIMI FINIS.